



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 5. In montem excelsum & c. Vt bonis cælestibusiperfruaris secede, & similis esto piscibus, qui pennulas habent, quos Deus vt mundos habet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

§. 5. In montem excelsum &c. Vt bonis celestibus perfruaris secede, & similibus piscibus, qui pennulas habent, quos Deus vt mundos habet.

I2 **S**icam Christus habeat intentionem ostendi gloriam suam, vt homines ad labores excites alacriores, ad quid (inquires) redit in montem altum segregatum ac solitariū. *Duxit illos in montem excelsum scorsum.* An suum expeditiuisset vt huic spectaculo frequentatissimam plateam Hierusalem elegisset, & diem Paschatis, aut festi celebrioris, ad quod totus orbis gregatim conueniret. An non congruentior vibs fuisset Capharnaum emporium amplissimum, quo multe variæque hominum nationes mercatus ac negotiorum causa confluebant? mercator, qui polymita sua, telas preuossissimas vendere desiderat, non eas exponit venales in deserto solitario, sed loca quarit maxime culta, ciuium multitudine inhabitata, Naui diuissimis mercibus grauida, vela non contrahit, non iacit anchoram ad præcipitii pedem, nec ad glebam decoratam, sed sistit ad frequentiam populi, & numerosum concursum nationum. Loca hæc Christi proposito minime conueniebant. Intendit cæli gloriam explicare, eiu que vel exiguas delicias gustandas proponere, ad hoc vero minime ille congruit locus, vbi suum habet mundus confabulatorium. Discrepant, quinimo & inimici sunt iurati, ac contrariis incedunt viis cælum & mundus. In mundo regnat caro, eiusque deordinatus appetitus; in cælo spiritus, res spirituales, proinde illas mundus nequam quam capit. *Animals homo non percipit, qua sunt spiritus Dei.* Dixit olim Christus Iudæis, *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Commouentur, obiciunt: *Quid hic vult dicere? quo hic iturus est, quo eum sequi non possumus?* Respondet Christus. *Vos de deorsum estis, ego de supersum sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Oppositam viam ingredimur; ego cæli, vos terræ non conuenimus; ego spirituales, vos carnales, non conuenimus; ego sursum tendo, vos vt arbores terræ radices mittitis ad terræ inferiora, non conuenimus. Continua feruet inimicitia inter mundum eiusque voluntates, cælestesque diuitias. *Amicus huius seculi inimicus Dei constituitur.* Proinde tam longissime abluunt mundi dilectores a rerum cælestium

1. Cor. 2. 14. Ioa. 8. 22.

Ioa. 4. 4.

suauissimo gustu, vt hunc illis Christus impossibilem statuat, dum suus promittit Spiritum Sanctum ei n'olatorum: *Mittam vobis Paraclytum &c.* *Quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec sentit eum.* Aduentus eius capax non est, sicut nec cessat solationum diuinitatem, eum nec sentit, nec magnificat, nec degustat. *Quid tanti facit homo sensuum delicias immerfus delicias spirituales, quibus Deus fidelem animam in oratione perfundit? Quid curat atarus terrenis artuum suarum diuitiis inhians, bona cælestia, quibus anima ditescit? Si Christus aduenisset delicias promittens carnales opes auri & argenti, arua, census, in hoc mundo honorum dignitates, vtique conueniret, vt loca feligeret celebriora, vrbes populosas, vt vero cælestes aperiat thesauros, mundi tumultibus excedit, ad solitaria secedit loca: non enim cæli gaudijs perfunduntur nisi qui mundi tumultibus excedunt, nec illis Deus suas communicat delicias, nisi qui terrenas deserunt vanitates.*

Diuinam Moyssi attendite historiam. *Soceri sui pascebat gregem in terra Madian, vir quippe erat diuitiarum abundantia clarus. Apparetere illi vult Deus, ad sui populique recreationem in figura rubi ardentis, ac expectat donec terra Madian eiusque confinibus egrediat, imo & regis viis, & gregem minet ad interiora deserti, loca secretiora.* *Dum manaret gregem ad interiora deserti.* Vidit cæleste mysterium, *Visionem magnam.* Hic illi Deus familiariter colloquitur, suum iudicat nomen, apparet manifestus, gratiam suam, ac diuinum promittit subdidum. Indubium est o Christiane platonis Diuinum nequaquam tibi aderit sui fidum, quamdiu poteris: rum tuarum, sensuum, ac curarum greges duxeris, eos pasceus in terra Madian, id est, in mundo: Madian æternum Lugans, dicitur mundo proprium cognomen: redundat enim litibus, ac variis praetensionibus, sed hoc tibi conferet plurimum, si illos collegeris, & ad solitatum minueris oratorum, ad argulum Ecclesie seiuictum, ex quo solitudinis tempore ac sepius de mundi fugeris officina ferraria, cuius ferri solus strepitus rerum cælestium obtrepi: recipienda consolationi. *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* *Paulisper vacate vt Dei gustetis suauitatem.* Tu mercator conclude paulisper ruorum computum libros, & tu Legisperite sepone Bartholum & Baldum, tu quoque vix nobi-

Ioa. 14. 17

Exid 3. 1

1.

Solitudo

contem-

platonis

necessaria

Ps. 45. 17.

Ps. 33. 3.

nobilissime dimitte palatii tui tumultus, ac famulorum strepitum, secede. teipsum compone, mina gregem ad interiora deserri. Ipsi sic Philosophi, ut ea meditentur, & inuestigunt: quæ terrenis subiacent oculis, aera sidera, planetas, populi fugiunt multitudinem, vbi cum euitant tumultus, petunt aua, deserta perambulant, amici solitudinis. Plato cæteris eminentior, cum orbem peragrasset, remotissimas lustrasset regiones quas refert D. Hieronymus, & philosophiæ dogmata cum iis contulisset quos nouerat bonarum literarum doctrina longè præstantissimos. Tandem Athenas appulit, vt vero de aliquibus philosophiæ disputaret axiomatibus foras extra ciuitatem egressus, emittit a viro quoddam cui nomen Academus hortum inter arborum condensa, constitit, huc solitarius secessit, vnde nomen sumpsit, Academia locus solitarius hominibus inuis solis arboribus frequentatus.

De se refert Cicero egressum se Roma fuisse vt intellectum suum ad contemplanda Philosophiæ dogmata prepararet. Hesiodus contempnens Homero, inter Poetas lætreatus quem antiquitas veneratur, cum propter raras sublimetque eius conceptus tum quod se maris fluminibus immerferit, quem submeritum delphani, quasi quibusdam sui corporis humeris attolentes, euecerunt ad Promontorium fluuio vicinum Neolyceæ in Æolia, de se narrat, quod illi Musæ posim in monte Helicon inspirant, cum totus esset solitarius, ab hominum consuetudine semotus, gregi pascendo occupatus.

Dum Euripides, quem orbis totus miratur, iam esset delunctus, difficillima orta est de corpore eius questio inter Athenienses patriotas, & Regem Macedoniæ. Archelaus de se commemorat, quod vt elegantissimas illas conserberet, tragœdias, seu fabulas, insulam perijt Salamiam, ac in profundum spelæum, ac solitariam sese abdidit hominibus incognitus, Etiam ipse Horatius homo licet ad venetas delicias procliuus, de se fatetur: quod Remæ commoratus, nullum posset versum, suo dignum ingenio compingere.

Si vero hoc ita sit in iis qui terreni erant, quorum mens & disputatio terrea, quanto fortius obligatis, vt te vel minima temporis mora mundi huius eripias inmultibus, eiusque confabulatio, quo distinctus, quo clarus cœlestia possis meditari, cognoscere, perferuntari.

Ad huius confirmationem profero vobis D. Chrysost. Quem sequitur D. Cyrillus. Alexand.

vbi dilucidè probatci, dona cœlestesque delicias in hac mundi Babylonia minime posse degustari, quinimò & ipsi Israelitæ Babylonica pressi seruitute, locum illum minus idoneum censuerunt cantandis, audiendisque Dei sanctissimis canticis, ac melodis: quocirca ita illo quasi admirabundos ausus interrogantes: Quomodo erat cantabimus canticum Domini in terra aliena. Ita respondit, inquit D. Cyrillus, qui diuinis exultant consolationibus, donisque recreatur cœlestibus, eos esse, qui mundo valedicentes, deserta petunt, solitaria loca quaerunt amica contemplationi.

Vt Deus Abrahamum magnificè solatetur promissis, eduxit eum primum de terra sua, cui ait: Egrede de terra tua & de cognatione tua etc. Deinde etiam domo sua in campum foras eduxit, cui ad hoc mandata: Et ait illi: suffice celum. In monte quoque solitatio ac secreto, vbi nullus viuentium oculus eum posset intueri, apparet illi, promittitque proprium dare filium: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Dum Moyses montem ascendit ab hominum consortio maximè remotum, ostendit illi gloriam suam, domum maximum: licet autem Moyses adeo longè disunctus esset ab hominum multitudine, turbaque plebis, cum Deus nihilominus longius adhuc abstaxit, montem nube contegens densissima, vt cum ne quidem, lyncei oculi videre poterent. Elias turbam deserens tumultuantem, secedit in tam profunda deserta vt quadraginta diebus illis oberrauerit errabundus, apparet illi Deus, profugum solatur, lassum recreat, cœlesti illa, qua Deus apparebat visione, Eliseus montem incolebat Carmelum, vbi cœlestibus donis fruebatur. Propheta Ezechiel (teste D. Chryl.) secedens Babylonia solitudines fluminis Chobar frequentabat: Et vidit visiones Dei. Et Daniel deserta fluminis. Quoties enim Deus, nomibilibus explicaturus famulo suo, & extra urbem, tumultuque hominum ducit, & in loco tranquillo consistit, quo nulli rebus, quæ se aut oculis, aut auribus offerant, animus interpellatur, sed liber omnino ac otiosus vacet, eorum, quæ diuinitus aperiantur, contemplatione. Hoc quoque, inquit D. Cyrillus indicauit David his verbis: Et fortes terra uehementer eleuati sunt. Terra Deos vocat fortes, robustos, præclariores sanctos, quibus Deus suæ speciem ostendit gloriæ ac uacitatis, vt Moyse, cui ait: Constitutus te Deum Pharaonis, Sanctis Pontificibus, Sacerdotibus, ac Prophetis, quos idem David nominat Deos.

Homil. de Christian. Tom. 5. Lib. 1. de 2. Quomodo erat. Ps. 136. 4. Gen. 12. 1. Gen. 15. 5. Gen. 22. 16. Exod. 19. 3. Reg. 19. 4. Reg. 1. 2. D. Chryl. De incomprehens. Dei nat. Tom. 5. Dom. 6. 10. Ps. 46. 10. Exod. 7. 17. Ege

Lib. 3. Offic.



Pf. 31. 6.

Ego dixi Dii estis : Sunt autem hi Dii fortes ter-
ra, robusti, qui meritis suis ac intercessione
mundum valent sustinere : Illi (inquit) veho-
menter eleuati sunt : diuinis donis ac fauoribus
de terra, sed nec parum, at vehementer eleuati
his perfruuntur. Sunt, assentit Iob illa subli-
mes aquila, de quibus sic Deus : Eleuabitur
aquila, & in arduis ponet nidum suum. &c. in de
contemplatur e seam : Sunt illi, quos Deus dolu-
neat per Iliam : Iste in excelsis habitabit, muni-
menta saxorum sublimitas eius &c. Regem in
decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de
longe. Quod si obicias inquit D. Chrylost. Hæc
monachis atque Anachoretis conuenire qui se
mundi tumultibus subtrahunt, nec tibi hoc pos-
sibile, qui in ipsis mundi sedes visceribus. Re-
spondeo tibi (ait) nec tantum quidem à te ex-
postulo, hoc quoque tibi indulgeo, quod te muni-
di omnino non possis subducere vanitatibus: hoc
nihilominus adstruo, quod si coelesti appetis sui
consolatione, oportet ac necesse est, te aliquan-
tisper subtrahas, solitudinem petas, ad orato-
rium tuum solitarius secedas. Ascendere non
valet Lot montis cacumen, mulieris, ac iunio-
rum filiarum onere prægrauatus præscribit illi
Deus à silitat in medio montis ascensu: e uitate
Segor aliquantulum distante à Sodomis urbe
maledicta, vbi nec audiat, illud, quo concre-
mabatur vrbs, infelix incendium.

Iob 30. 27

Isai. 33. 16.

Hom. cit. de milit. Chry.

Hom. 31. in Euang. ad fin.

Leu. 11. 9.

Ad hoc facit, quod expendit D. Greg. quo
Deus olim studio Moysen præuenit, catalo-
gum ei præscribens animalium, autum piscium,
quibus populus vesceretur. His & illis vesceris
carnibus, sanæ quippe sunt & mundæ: nullis vero
ac istis, nequaquam, immunda enim sunt &
insalubres. Nominatim autem eum de piscibus
commonefacit. Quando pisces aduehantur in-
spice, vtrum habeant pinnulas, nec ne, si habea-
nt, audacter comede, salubres sunt, si minime,
ne per vitam tuam eos comederis, immundi
enim sunt coram me & execrandi : Omne quod
habet pinnulas & squamas, &c. comederis: quid-
quid autem pinnulas & squamas non habet coram
me in aqua mouentur, & videntur, abominabile
vobis, execrandaque erit. Hanc deterrantur
viri sancti sollicitudinem. O cælorum Domine,
num forte medicinam profiteris, vel medici tibi
attrahis officium? Quid refert pisces habere
pinnulas, nec ne? Et quid ad hoc vt censeantur,
mundi, vel immundi. Mysterium est, respondent:
non enim hoc tanto Deus studio curaret nisi
quoddam latere mysterium, quod exponunt
D. August. a D. Cyrill. b & particulariter An-

gelicus Doctor noster. c His voluit Deus (in-
quit D. Gregor. d) piscibus homines illos indi-
cate; qui eius satisfaciunt voluntati, cuiusque
diuina mensura sunt: gratissima feracula, spiritu
mundissimi: illos quoque, qui tales non sunt,
sed immundi, sed reiciendi. Hoc interest dis-
criminis inter alios pisces, & non alatos, quod
illi, licet verum sit, quod communiter super
aquas repant, ac de iis que aquæ defertur, lu-
mant alimentum, quandoque tamen quosdam
extra aquas edunt saltus in aera. Vt mulcas per
aera volantes, ac eyniphes captent: quos non
saltus edunt truta, & barbi in aera: quinimo &
ipsi delphini sepius toto se efferunt corpore
super aquas. Qui verò pinnulas non habent,
continuo aquarum sordibus ac luto immergun-
tur, numquam emergunt ad altiora: vt anguilla
& alia piscium serpentum species. Pisces quippe
qui pinnulas squamarum habent, dant etiam sal-
tas super aquas solent, &c. ait D. Gregor. Porro
sunt in hoc mundo homines, vt pisces in mari,
Facies homines velut pisces maris.

Munde o mare, quot abundas piscibus? Hoc
mare magnum & spatiosum manibus illic reptis,
quorum non est numerus. Pisces vico, qui cum
quam super aquas efferuntur sed semper illi
immerguntur, etque eorum contrum ac habi-
tatio in volubro luti, homines ita terrenis his
infixa ac immergi, aquis anaristimis & præter-
fluentibus, huc illuc que ventis agitati, vt maris
fluctus vagos incertisque longe superent: ho-
mines, qui nunquam mentem, animum, curam,
que histitibus efferant superiores: hic eorum
cura, studiumque comprehenditur, in bonis, in
censibus, in lucro, in honore, in deliciis, in vo-
luptatibus carnalibus, infelices, quos vt repro-
bos Deus condemnat. Porro contemtor alios,
qui licet communiter aquis innatent, aliquoties
tamen illis super efferuntur, aliquando ad secre-
tam secedunt angulum, quasi qui de mundo
discedant, aliquando ad mentis interiora refle-
ctuntur. Danielem imitantur, qui captiuus in
meditullio Babyloniæ, tribus per diem vicibus
se ad orationem sollicitus reciebat: apertis fe-
nestris versus Hierusalem. Perpendunt illi, quis
sit Deus, quæ sibi à Deo concessa beneficia,
quam dignis sit, cui toto corde seruamus: quam
vilia, quam nullius substantiæ, vite præcatis
pretiosissima quæque, qua ratione inuita venti
euanciant, quam illa bona quæ Deus se di-
ligentibus preparauit, quales diuitiæ quas mo-
do Sancti in superna illa gloria possident, qui-
bus sine villo afflictionis vestigio perfruuntur,
quæ

L. com. a. Adimant. Manich. cap. 13. & Faust. c. 7. b. L. 1. p. 4. de adorat. in d. V. sup. 102. a. 6. ad 1. d. V. sup. D. GR. Hom. 31. in Euang. ad fin. Hebr. 1. Psal. 103. 23.

quæ salus sine vlla infirmitate tam secunda, quæ vita sine mortis memoria tam diuturna, quam breui momentanei labores finiuntur, quibus requies succedet sempiterna. Exigitur anima Christiana: *Consurge, consurge, excutere de puluere, & re, consurge.*

§. 6. Transfiguratus est &c. In oratione, Christus transfiguratur, hæc tibi figuram præstabit meliorem.

Ascendit Christus ut speciem suam ostenderet gloriæ; proinde hoc egit, ut in montis cacumine consistens, se daret orationi. *Et cum orasset, ait D. Lucas: Facies eius sicut sol, et vestitus eius albus sicut nix. Placet hic paululum sistere, ut de orationis ageremus virtute. O quam efficax ut te mutet in virum alacrum iustitiam inuenerat qualitates. Qualis Saulus, ipso equo suo animosior ac feruor in Christum eiusque discipulos, tanto mentis ardore, ut fortissimi quibusque metum incuteret. Vocat Deus Ataman, atque: cur, festina, quare Saulus. O Domine, & hæc mihi præcipis? An non ille leo carnivoros, tygris crudelissima in te tuosque alumnos? Vade securus esto, jam mutatus, iam est transfiguratus & ouis in cænes mitiorum, & qui vas erat, futuro ac rabie superfluens, mutatus est in vas gratiæ & electionis. Quis huius auctor mutationis Domine? Ecce cum oras, hæc cum oratio transfiguratur; hæc te quoque transmutabit, ex luxurioso cultu efficiet, ex superbo humilem, caelestem ex terreno vitam vel paululum impenderes orationi, sursum tuas dirigeres cogitationes, sursum corda, te Dei sicuter conspectui, eius celsitudinem, maiestatem, bonitatem infinitam, accepta beneficia, debitam gratitudinem, mundi vanitatem, vitæque reuolueres breuitatem, quam longè alius ex oratione prouenies.*

Sublimem consueverunt Græci D. Pauli philosophiam his verbis comprehendam: *Nos autem reuoluta facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur.* Notant eorum aliqui verbum *speculantes* in Græco haberi *inspeculantes*, ut aduertit D. Gregor. Nyssen. verbum fatum, prudenti compositum consilio, ad caelestium mysteriorum declarationem, significat autem, ad modum speculi respicientes. Sumitur à speculo metaphora, quod solis radiis expositum, illos ita ad viuum in se recipit, ut solis figuram præ se ferat, sic, ut in solem ipsum mutatum

esse videatur. Hoc nos (inquit Apostolus) agimus. Nos ipsos ut specula, De conspectui opponimus solis caelestis, cuius consideramus celsitudinem, maiestatem, bonitatem, ac gloriam, inde concipit anima nostra esse quoddam diuinum, ut in Deum ipsum transfigurata esse videatur. Tangit hic Apostolus historiam Moysi qui cum esset in monte Dei conspectus expositus, solis splendidissimi, in facie eius, tanquam in speculo eo modo diuini recipiebantur radii, ut totus sol tam lucidus appareat, ut eum humanus oculus nequiret intueri, essetque omnino necessarium, ut vultu Moysi facies contegeretur alioquin non conspicienda. Hinc in vitis Sanctorum legimus, quod multoties in oratione, & per illam, splendidi instar solis apparent. Ita facies olim apparuit D. Stephani stantis inter Scribas & Pharisæos: *Videbant enim faciem eius, tanquam faciem Angeli.* Talis & vita est D. Petri facies dum cruce pendulus moreretur. Seraphim etiam illi terrenus D. Franciscus virtus est à fratribus ut flammeo subiectus curru per aera.

D. Dominicus tantam saepe numero lucem vultu suo emittebat, ut eum oculi mortalium fixa acie non possent intueri, D. Vincens Ferrarius aliquoties tanta perfundebarur luce, ut noctibus mediis eius cubiculum illa tantopere illustraretur, ut lucem e. h. d. meridianam, pro ut heri diximus. Hic orationis & cum Deo communicationis laudatur effectus & sicut immisum fornacis ferrum, in ignem transformatur, sic per orationem homini esse quoddam diuinum communicatur, & caelestes imbibe qualitates.

Orante Christo in principio quando se mundo manifestauit, teste D. Luca Evangelista: *Apertum est cœlum, & descendit Spiritus S. corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Etenim in oratione nobis cœli reuerantur, & in animam nostram bona illabuntur caelestia, quibus & pater & Filiius & Diuina persona. Modo vero orans transfiguratur: & in figura gloriosa manifestus apparet: quidam asserunt S. Doctores hæc de nocte contigisse: pro more enim suo Christus noctibus oraturus secedebat, & orationi intentus in multam lucem petoabat: *Erat permotus in oratione Dei.* Opinatur D. Chrys. *Lu. 6. 12.* Media luce contigisse, & idem sensu at anti-Hom. 37. quos D. Ephrem, cui consentit D. Basil. Seleucus in Matt. Episcopus, ut discrimen ostenderet claritatis hominis corporis sui, a solis claritate, cuius splendor e. transfiguratum hoc Christi fulgore, tenebræ cœlescentur. *Ref.*

14

Luc. 9. 19.

Mat. 9. 11.

2. Cor. 3. 18.

Orat in illud Tom. ipse filius.

Mat. 6. 1.

Luc. 3. 21.

Lu. 6. 12.

Hom. 37.

Mat.

Ref.